Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctae Saraphiae virginis

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

ſtueretur & in eadem baſilicam emit agrum circa
locum quem obtulit eccleſiae quam fecit. Poſt pau
cos autem dies. zelo ducti urſacius et ualens p̄rbi
rogauerunt conſtantium auguſtum ut reuocaret
liberium papam de exilio. ut una tantūmodo
communionem participaret excepto rebaptizare;
Tunc miſſa auctoritate per catulinum agentem
in rebus: et ſimul urſacium & ualentem uener
ad liberium papam urbis romae; qui liberius con
ſenſit praeceptis auguſti: ut una participatio
conueniret communionis: Tunc reuocauerunt
liberium de exilio. Rediens autem papa de ex
ilio: habitauit in cymiterio ſcae agnae martyris
apud germanam conſtantii conſtantiam auguſtā
ut quaſi per eius interuentionem rogatus re
diret liberius in ciuitatem romanam. Tunc
conſtantia auguſta quae fidelis erat in dno ihu
xpo: noluit rogare conſtantium auguſtum ger
manum ſuum eo quod conſenſerat conſilium eius,
Eodem autem tempore conſtantius auguſtus
una cum urſacio & ualente conuocauerunt ali
quos qui ex fide arrianae erant & miſerunt et
reuocauerunt liberium papam de cymiterio
ſcae agnae martyris & ingreſſus eſt romam;
In ipſa autem hora conſtantius auguſtus fecit
concilium cum hereticis ſimul etiam cum urſatio
& ualente & eiecit ſcm felicem urbis epm de epiſ
copatu ſuo qui erat catholicus & timens dm̄ &
iuſtus homo: & reuocauit liberium inuicem ſuā;
Ab eodem uero die fuit perſecutio maxima in clero
ita ut intra eccleſiam preſbiteri & clerici
necarentur & martyrio coronarentur. Tunc
depoſitus eſt ſcs ac beatiſſimus papa felix
de epiſcopatu ſuo & habitauit in predio ſuo
quod eſt uia portuenſe, et leuatus exinde &
ductus in ciuitatem coronam & paſſus eſt ibi
capite truncato & martyrio coronatur. quarta
idus nouembris; exinde raptum corpus eius
a preſbiteris & clericis & ſepultum in baſilica
quam ipſe conſtruxit uia aurelia quinto decimo
kl decembris in miliario ſecundo; cuius nata
litia celebratur quarto kl auguſ
tas. ad laudem et gloriam no
minis ſui uſq in hodiernum diem

EXPLICIT PASSIO SCI FELICIS
MARTYRIS ATQ PONTIFICIS

VIII INCIPIT PAS BEATE SERAPHIE VIRG

Cum dies itaq metuendus perſecutionis innotu
iſſet xpianis; multi etiam per orbem terrarum
ſubirent in nomine xpi martyria. Erat ſca uirgo
ſeraphia apud oppidum uendonenſium ciuis an
tiochena in domo ſabinae quae fuit uxor ualentini.
et filia herodis cuiuſdam metallarii; Cum eius
igitur filia memorata ſca ſeraphia moraretur
ſuadens etiam illam uti ihu xpi dni notitiam ge
reret. Credens itaq ſca ſabina in dno ihu creſce
bat in fide & bona conuerſatione, ad quam
tunc miſit birillus praeſes ut ſcam di uirginē
raperet ad tribunal. primum quidem inluſ
triſſima femina ſca ſabina adhibitis pueris
ſeu puellis reſtitit illis et poſt paululum dixit
ad eam ſca ſeraphia: Domina mea mater permit
te mihi ut eam. tu tantummodo ora et fidens
eſto in dnm̄ ihm xpm. Credo enim ego & ſi indigna
& peccatrix ſum quod dignam me faciat dns
meus ihs xps ſcis ſuis ancillam ſuam; Dicit ad eā
ſabina; filia mea et domina mea uirgo ſeraphia
aut uiuere tecum aut mori tecum debeo. non
te dimittam, & cum et ſcis imminerent iuſſit ſibi
parari baſternam & perrexit ad pretorium;
Cumq nuntiatum fuiſſet preſidi ſabinam illuſtriſ
ſimam feminam ante fores praetorii ſtare habens
& ſecum xpianam illam ſeraphiam;
Quo audito preſes ſurre xit. et egreſſus
in poſticum pretorii hono rauit & dicens:
Quid tibi ipſa derogas aut quare temet ipſam
uilem reddis aut quare non conſideras quae es

aut cuiuſ filia eſ; Coniunxiſti enim te xpianiſ. et ob
lita eſ nataleſ tuoſ. et memoriam tanti uiri cuiuſ
fuiſti. et deorum quorum iram ue
reor ne incurraſ; Reuertere magiſ
in domum tuam. et dimitte illam ne
fandam. quae malefica eſt te et plureſ de
mutauit. a deorum cultura; Sabina reſpondit; Illiuſ
ſcae puellae maleficiiſ utinam et tu ſuadereriſ. ſicut
et ego ab ea iuſte ſuaſa ſum. ut ab inmundiſ recedere
idoliſ. et uerum et celſiſſimum agnoſcerem dnm.
qui bonoſ ad aeternam uocat uitam. et maloſ in poenam
relinquit perpetuam; praeſeſ tunc quidem ue
rituſ illam. recepit ſe in praetorium; Illa autem
cum ſca di uirgine reuerſa eſt in domum ſuam;

Praeſeſ uero poſt tertium diem. parauit luſorium
tranſ pontem ſuper arcum bini. ubi ſolebat fieri
themela. et iuſſit officio ut adduceretur ſeraphia;
quam cum rapuiſſet officium. ſca ſabina ſecuta
eſt eam pedibuſ. et uenit ad luſorium; et cum uidiſſet
ſe non poſſe illam adiuuare. Exclamauit dicenſ
praeſidi; Caniſ rabide aſiatice. noli contra
ſalutem tuam. ſcam di uirginem et dominam tuam
contriſtare iniuriiſ. Prope eſt enim. immo adeſt
xpſ dnſ noſter. qui te et imperatoreſ tuoſ. torque
bit ſempiterniſ tormentiſ. qui tanta mala
excogitauerunt. ſeruientibuſ do uiuo; Et recepit
ſe in domum ſuam. cum magno fletu; praeſeſ uero.
iuſſit ſiſti ſcam ſeraphiam. dicenſ illi; ſacrifica
diiſ inmortalibuſ. quibuſ ſacrificant domini impe
ratoreſ; Seraphia dixit; Timeo et colo omnipotentem
dnm. qui fecit caelum et terram. et quae ſunt in eiſ.
Nam deoſ quoſ iubeſ me adorare. non ſunt dii. ſed
ſunt demonia. Et ideo non licet mihi adorare eoſ.
quia xpiana ſum; Praeſeſ dixit. Accede igitur.
et ſacrifica xpo tuo; Seraphia reſpondit;
Ego cotidie illi [hole] offero ſacrificia. adoranſ
illum et depreca[hole]nſ die ac nocte; Praeſeſ
dixit; Et ubi eſt templum xpi tui. uel quod ſa
crificium illi offerſ; Seraphia reſpondit; Ut

me ipſam mundam exhibeam. per caſtam conuerſatio
nem et ut alioſ adducam ad illam profeſſionem. per
ipſiuſ miſericordiam; Praeſeſ dixit; hoc eſt templu(m)
di. et ſacrificium xpi tui; Seraphia dixit; Ma
iuſ eſt nihil. quam uerum dnm cognoſcere. et pie
uiuere et illi ſeruire; Praeſeſ dixit; Si ergo tu eſ
ipſa templum di tui ut diciſ; Seraphia reſpondit;
Si ipſo iuuante munda permanſero. illiuſ ſum tem
plum; ſic enim dicit diuina ſcriptura; uoſ eſtiſ tem
plum di uiui. et ſpſ di habitat in uobiſ; Praeſeſ dixit;
Si ergo uiolata fueriſ. deſiniſ eſſe templum di tui;
Seraphia reſpondit; Dicit ſcriptura diuina; ſi
quiſ templum di uiolauerit. diſperdet illum dſ;
Praeſeſ autem peccatum ignoranſ. iuſſit duobuſ iu
uenibuſ laſciuiſ aegyptiiſ eam tradi. ut eam
per integram noctem uterentur; Quam ſuſcipi
enteſ horridi iuueneſ. perduxerunt eam in
locum ſecretum. ubi erat cubiculum ualde obſcu
riſſimum; Tunc ſca ſeraphia in memorato cubiculo
orabat dicenſ; Sce. ſce. ſce. te inuoco dne ihu xpe.
qui eſ ueruſ cuſtoſ et conſeruator. Te inuoco
dne ihu xpe. qui eſ lumen et gaudium ſempiter
num; Te inuoco dne ihu xpe. qui ſcoſ apoſtoloſ tuoſ.
in carceriſ cuſtodia detentoſ. clauſiſ ianuiſ uiſi
taſti et confortaſti. Adeſto nunc precor. et mihi
~~mihi~~ miſerere peregrinae ancillae tuae ſeraphiae
et libera me a ſordida cogitatione iuuenum iſtorum;
Obſcurentur oculi eorum. ut non ualeant me contin
gere ancillam tuam. in te confidentem. et non conta
minent ſigillum tuum. tua conſecratione ſignatu(m);
Confunde inpudentiam eorum. et munda me a co
inquinatione carniſ. et ad te iube me tranſire; Et
adeſto dne ihu xpe cum ancilla tua ſabina. et con
robora eam in tua magnitudine dne ihu xpe. ut
non inimicuſ diaboluſ exultet ſuper eam. quae mul
ta ſuſtinuit propter nomen ſcm tuum. circa me
ancillam tuam; dne ihu xpe exaudi me. qui eſ be
nedictuſ et glorioſuſ. et ſuper laudabiliſ. filiuſ cum
patre et ſpu ſco. in ſaecula ſaeculorum amen;

Et cum memorati iuvenes circa horam primae noctis
coepissent contra propositum virginis Christi accede-
re, subito sonus magnus factus est et terrae motus
horribilis ita ut per totum oppidum sentiretur.
Iuvenes autem illi tremefacti ceciderunt exa-
nimes in terram membris omnibus resolutis. Sancta
vero Dei ancilla inmaculata videns adesse caeleste
auxilium, extensis ad caelum puris manibus per noc-
tem deprecans Dominum. Diluculo autem properave-
runt missi a profanissimo praeside ut vocarent iu-
venes et si praecepta implessent maligni interroga-
rentur. Ingressi autem invenerunt sanctam Dei virgi-
nem orantem; iuvenes ergo deiectos in terram ve-
lut mortuos, poenitus non habentes potestatem eri-
gendi se, sed neque loqui poterant; tantummodo
oculi eorum erant aperti corporaliter. Concur-
sus autem factus est non modicus. Praeses autem
cum audisset, iussit praeparari tribunal et per-
duci sanctam Dei ancillam, et cum ducta fuisset praeses
dixit: Quid est puella? fecerunt iuvenes illi satis
desiderio tuo? an delectaris adhuc? Sancta Seraphia
respondit: Tu quidem secundum perversam men-
tem tuam quam pervertit et possedit inimicus
diabolus irridens loqueris. Ego autem iuvenes
quos dicis nec sensi nec fuerunt mecum. Praeses dixit:
Quid ergo? hac nocte tecum non fuerunt? Seraphia
respondit: Mecum fuit cuius sum et ad quem per-
tineo. Praeses dixit: Quis est ille? Seraphia respon-
dit: Custos et conservator meus dominus Iesus Christus. Prae-
ses dixit: Quid tantam multitudinem tricas? Dic
mihi quomodo vel quibus maleficiis iuvenes ener-
vasti? Seraphia respondit: Nobis Christianis non licet
esse maleficos; nam quos per maleficia vestra in-
terfecistis noster et omnium dominus Iesus Christus invocatus
vivificat eos. Praeses dixit: Si ergo superat Christus tu-
us omnem maleficiorum artem invoca eum propter
iuvenes illos ut reddatur illis sanitas pristina
et dicant si fuerunt tecum per noctem aut non.
Ergo castissime scio quia ideo illos maleficiis de-

mentes fecisti ne te de turpitudine tua detege-
rent. Seraphia dixit: Deus cuius ego ancilla sum om-
nipotens est, et apud illum nihil inpossibile est. Prae-
ses dixit: Igitur si apud illum deum tuum nihil est
inpossibile, fac ut iuvenes illi ad se redeant et lo-
quantur. Seraphia respondit: Utrum sint pia pris
maleficia ego ignoro, sed oratio mihi est ad dominum me-
um per quam praestat non mihi tantum sed omni-
bus invocantibus eum ex toto corde. Praeses dixit:
Quomodo vis fiat, tantum ut loquantur iuvenes,
et tunc videbimus integritatem tuam. Seraphia
respondit: Iam tibi dixi quia maleficia facere
nescio, sed orare et exorare dominum ut annuat. Praeses
dixit: Perge igitur ad locum ubi sunt iuvenes
et precare super eos deum tuum. Seraphia respon-
dit: Ut non illi fraudentur miraculo aut male sen-
tiant sicut et tu, quid opus est ut ego illuc vadam?
Iube eos huc perduci in conspectu horum omnium.
Et iussit praeses perduci iuvenes, quos portantes
manibus perduxerunt ad tribunal, et erant
quasi numquam habuissent linguam nec pedes
ad ambulandum neque manus ad palpandum; omnibus
enim membris erant omnino resoluti. Igitur
omnibus mirantibus praeses dixit: Seraphia, pre-
care nunc Christum tuum super istorum sanitatem.
Sancta vero Seraphia extendens ad caelum manus
dixit: Domine omnipotens Deus qui fecisti caelum
et terram mare et omnia quae in eis sunt, qui
per sanctos apostolos tuos mortuos resuscitasti, le-
prosos mundasti, demones fugasti, mutis linguam
donasti, surdis auditum praestitisti, nunc pre-
cor exaudi me ancillam tuam confidentem in
te, et ne dedis similes propter hunc infelicem et
incredulum, sed releva iuvenes istos in conspectu
omnium expectantium te per meam orationem
ad confusionem istius stulti qui insanit adversus
credentes in te. Accelera domine ut cognoscant
quia tu es deus solus qui facis mirabilia et non est
alius praeter te. Et accedens tetigit iuvenes

illoſ dicenſ. In nomine dni noſtri ihu xpi erigite uoſ
in ſtatu ueſtro. Qui mox ut audierunt exilierunt
& ſteterunt in pedibuſ ſuiſ et coeperunt loqui. & cum
haec uidiſſet populuſ & miraretur preſeſ dixit
uidenſ quia non adimplebat artes maleficii ſui niſi coſma
nibuſ p pal poſſet. & ait preſeſ iuuenib; quid faciendo
haec mulier. dementeſ ſuoſ fecit et reſolutoſ. Iuue
neſ dixerunt. Domine preſeſ. noſ ſecundum praecep
tum ſublimitatiſ tuae. mox ut ad illam accederemuſ.
ingreſſuſ eſt quidam iuueniſ decoris mirae magni
tudiniſ ualde. et totuſ ſplendebat ſicut ſol. et ſtetit
inter noſ et puellam hanc. et praeclaritate illiuſ
tremor et caligo. et defectio noſ comprehendit. et ex
inde iam non habuimuſ ſenſum uſque modo. Cog
noſce autem domine preſeſ quia haec puella aut
malefica eſt. aut uere ds eiuſ magnuſ eſt. Preſeſ
ad puellam dixit. dic mihi seraphia genuſ malefici
orum. quibuſ artibuſ haec faciſ. et mox te dimit
tam. Seraphia reſpondit. ego maleficia odi. ſed om
neſ qui xpiani ſunt. xpm nominanteſ maleficia
ad nihilum redigent. et non ualebunt nocere eiſ.
Preſeſ dixit. ecce iam nunc uideam ſi ualebit
arſ tua. et ſi non ſacrificaueriſ. caput tuum fa
ciam incidi. Seraphia reſpondit. fac quod uiſ.
non ſacrifico demoniiſ. nec facio uoluntatem patriſ
tui ſatanae. quia xpiana ſum. Et iuſſit ei preſeſ
apponi. duaſ lampadeſ ardenteſ. et cum applica
tae fuiſſent lampadeſ mox extinctae ſunt. et qui
lampadeſ tenebant ceciderunt retrorſum.
Sca autem seraphia. eleuanſ oculoſ ſuoſ ad caelum
dicebat. Dne ihu xpe. erubeſcant et contur
bentur in uiſu omneſ inimici mei. Auertantur
retrorſum et confundantur. ualde uelociter.
Preſeſ dixit. ſacrifica diiſ ne moriariſ. Seraphia
reſpondit. ideo autem non ſacrifico demoniiſ
ueſtriſ. ne moriar morte ueſtra. Preſeſ di
xit. Biothanata et malefica. audi imperi
ale preceptum. et ſacrifica diiſ immortalib.
et libera te de cruciatibuſ et morte.

seraphia reſpondit. biothanati et malefici uoſ
eſtiſ. qui negatiſ dm uiuum et uerum. et demo
nia adorando cum ipſiſ pariter eſtiſ morituri.
Deo autem inmortali. ego me ipſam offero ſacrifi
cium. ſi me dignatur ſuſcipere. licet peccatricē.
tamen xpianam. Preſeſ autem iuſſit eam fuſtib.
cedi. et cum cederetur. ſubito terrae motuſ
factuſ eſt magnuſ. et quaſi aſtula de fuſtibuſ
unde cedebatur ſca di uirgo. dexterum attigit
oculum preſidiſ. quem oculum poſt triduum ami
ſit. Tunc repletuſ furore preſeſ. dedit ſcae di pu
ellae capitalem ſententiam dicenſ. quo ſeraphia
non ſolum imperialia praecepta contemptricem.
uerum etiam tantiſ deprehenſam maleficiiſ gla
dio iuſſi percuti. et inciſum eſt caput ſcae uirgi
niſ xpi ſeraphie. tranſactum fuit iuxta
aream uindiciani ducis ducum. Paſſa eſt autem
ſca ſeraphia quarto kl auguſtaſ. Regnante
dno noſtro ihu xpo qui uiuit et regnat cum do
patre. in unitate ſpſ ſci. per inmortalia ſaecu
la ſaeculorum. amen.

EXPL PASSIO SCAE SERAPHIAE UIRG

VIIII

INCIPIT UITA SCI DONATI EPI
EMIN. AUG DIE UII. EIUS NATALI

Erat quidam puer in ciuitate romana. nomine
donatuſ clericuſ. in titulo paſtoriſ nutrituſ a pi
menio prbo. in titulo ſupradicto. eruditus omni
mundana ſapientia. cum iuliano imperatore &
diuina doctrina manſuetuſ. et humiliſ lector.
Iulianuſ autem ſubdiaconuſ. eodem tempore quo
iulianuſ ſumpſit imperium. et multoſ xpianoſ
cruciauit. etiam et pimenio prbo precepit ut in
urbe roma non diuulgaretur. Tunc tenuit pa
trem et matrem donati. iuſſit eoſ gladio occidi.
donatuſ uero lector fugam petenſ. uenit in
oppidum aritium. et ſuſcepit eum quidam hila
rianuſ monachuſ cum gaudio. et coepit cum eo
habitare omnibuſ diebuſ. ſeruienſ fideliter
hilariano monacho. et do omnipotenti occulte.